

*De Differentiis quoad limites Regni cum vicinis Provinciis determinandis et  
Metis rectificandis, Commissarii Regni denominantur.*

Articulus 31.

In sequelam Articuli 26. An. 1802. renovata hic loci ejusdem Dispositione, Sua Majestate Sacratissima benigne annuente, Status et Ordines decernunt:

*Versus Styriam et Carnioliam.*

Ex Parte Regnorum Croatiae, Sclavoniae etc. cointelligenter cum Commissione versus Styriam ex respectu Differentiarum Comitatus Szaladiensis: Maximilianus Verhovacz, Episcopus Zagrabiensis, S. C. R. A. M. Actualis Intimus Status Consiliarius; Comes Adamus Orsich, S. C. R. A. M. Camerarius; Franciscus Ponekovich, Tabulae Banalis Assessor; Item Zagrabiensis et Varasdinensis Comitatuum Vice-Comites.

FRANCISCI I. IMPRATORIS AUSTRIAEC & REGIS HUNGARIAE DECRETUM  
SEXTUM, ANNI 1808.

*Relate ad Regnum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae Insurrectionem Articulus 59. An. 1741. renovatur.*

Articulus 5.

Accidente Suae Majestatis Sacratissimae Benigno Annuto, respectu Regnum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae Provisio Articuli 59. An. 1741. in suo vigore ea ratione relinquitur, ut Insurrectio praefatorum Regnum relate quoque ad constituendam Exercituationis Modalitatem, in Generali eorundem Congregatione coordinetur, taliterque coordinata, Legis Casu intra Triennium eveniente, hosti opponatur, semper tamen in conformitate Articuli 66. An. 1681. ab immediatis Domini Comitis Bani Ordinibus dependeat.

FRANCISCI I. IMPER. AUSTR. & REG. HUNG. DECRETUM VII. ANNI 1812.

ARTICULI COMITIORUM.

*De Oblationibus pro Ludovicea militari Academia continuative factis.*

Articulus 2.

Inde ab Anno 1808. quo Institutum Academiae militaris Ludoviceae per Articulum 7. An. 1808. stabilitum est, liberis Oblationibus per complures patriae